

HERMANNVS ELECTOR COLONIENSIS.



Hermannus ex familia illustrissima Landgravi
orum Hassiæ patre Ludouico natus est. Is cū
fœlici ingenio esset præditus, literis & uirtutibus
operam dedit, et in virum maximum euasit. Postea
se Coloniā contulit, et in Canonicorum collegiū
& numerum receptus, sua integritate reliquis exē-
plo fuit. Itaq; cum eius loci præfus obiesset, ipse an-
no 1480 Coloniensis Archiepiscopus omnium cō-
fensu electus est. Eam eminentiam is magna animi
moderatione egregie administravit, & Maximilia-
no Cæsari gratissimus fuit. Huius principis præter
alias uirtutes insignis fuit pietas & liberalitas in
pauperes, adeo ut nullum mendicum à se uacuum
discedere pateretur. Cum enim se Ecclesiæ dispensatorem cognosceret, eius
opes non ad luxum, sed pauperum subsidium adhibere uoluit. Hoc modo
Hermannus per uiginti octo annos optime præfuit, & tandem 1508 mortuus
Coloniæ honorifice sepultus fuit. Huic successit Philippus Comes Oberste-
nius, qui & ipse sua prudentia & industria Ecclesiæ Coloniensi plurimum cō-
tulit, & præcessoris uirtutes æmulatus magnam sibi existimationem compa-
rauit. Laurent. Surrius in Naucleri Appendixe.